



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammeli, 1613

De excomm. ob manuum iniunctionem cap. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De excommunicationibus extra
Bullam. Papæ tamen reser-
uatis, & primò de excō-
municatione ob ma-
nuū iniectiōem.*

Cap. 31.

Quatuor sunt necessaria ad hoc quod hæc Excommu-
nicatio liget. Primum, ut
sit manuū iniectio, vel percussio,
qua intelligitur omnis effectus
violentus in personam, vel in iis
quæ personæ ipsi hærent, ut si
quis aquam, pulverem vel sa-
liuam per modum iniuriæ proii-
ciat, aut equi frænos, vel aliud
quid simile è manibus eripiat:
vel violenter teneat etiam si absit
læsiō. Præterea qui clericum per-
sequendo cogit illum se præcipitè
cadere, secus si sine percussione ca-
dat, & lædatur: Insuper omnis
effectus iniuriosus, licet non sit
violētus, hac excommunicatione

punitur. Non autem verba maledica, nec cōminationes si effectus non sequatur. * Secundò debet esse violēta ac volūtaria, quia in casualibus non ligat, licet etiam sequatur homicidiū. * Tertiò oportet vt sit suadente Diabolo, & ita notabilis percussio, quod sit peccatum mortale. * Quartò necesse est, quod sit facta in clericum vel Monachum. Per clericum veidò intelligitur vir habens primam Tonsuram, & quod alicuius Ecclesiæ sit seruius ab Episcopo deputatus eique seruiat, etiam si fuerit verbaliter tantum excommunicatus, suspensus vel irregularis, aut degradatus: non autē si realiter sit talis. Per Monachum quemlibet regularem intelligi volunt. Nouitium, Professum, Cōuersum, & etiam moniales: quinimò & Fratres Tertii Ord. SS. dominici ac Francisci, qui collegialiter viuunt, & habitum deferunt: He-

remita similiter, qui est alicui
Regulæ subiectus: Milites S. Ioan-
nis Hierosolimitani, qui Regu-
lam Sancti Augustini profiten-
tur, extenditur ad mandantes
talem manus iniectioem per a-
lios fieri, ad illos quorum nomi-
ne facta est, etiam ipsis ignoran-
tibus, dummodo post, scientes ra-
tam habeant: Ad consentientes,
qui cooperantur per consilium,
auxilium, vel fauorem. Ad dolo-
se non impediētes, cum possunt.

*De iis qui ab excommunicatione
absolueri possunt. Cap. 32.*

T Riplicem percussione, seu
corporis læsione tradit Ab-
bas Panormitanus: enor-
mem mediocrem, & leuem, enor-
mis dicitur membri mutilatio, &
magna sanguinis effusio: Medio-
cris, quæ minorem dicit læsionem